

No 2. 1254 Electus est in magistrum ordinis
fratrum Humbertus, de villa que dicitur
Romanis, dyocesis Vinnensis apud Budam
Ungarie, qui Parisiis in artibus magister
et in ordine Lugdunensis lector et prior
fuerat et prior provincialis Tuscie ac
post Francie, vir utique in multis expertus
et diversis infirmitatibus ac laboribus
plurimis excoctus. Hujus viri electionem
quedam soror ordinis apud Argentinam

in Theutonia ubi dictus magister Johannes obiit
et quiescit, in vultu noctis hoc modo ^{previdit} videbatur enim ei,
stans in scapulari ad portam sororum ^{quod ma-} gister Joh,

dicebat: Ego jam iturus sum in regionem
longinquam et hic amplius non revertar.

Non autem oportet contristari sorores de meo
recessu, quia prior provincialis Francie
post me fuit magister, qui multa faciet
bona. Eodem die magister Johannes
bono fine quievit et in sequenti capitulo
dictus prior Francie unanimiter est in
magistrum electus.

In predicto autem capitulo Budensi
per manus fratrum, qui conversioni eorum
multis annis institerant, baptizatus est cum

} fides
Ber
non